

Doctrina et Canones cum alijs concernentibus sacramentum  
Matrimonij, publicata in sessione octava sacrosancti  
Conc. Tridentini sub S. D. N. Pio PP. III. 1563  
die undecima Nouemb. 1563

Matrimonij perpetuum, indissolubilemque nexum, primus humani generis  
parens, Diuini Spiritus instinctu, pronunciauit, cum dixit, Hoc nunc  
erit ex ossibus meis, et caro de carne mea: quamobrem, relinquet homo  
Patrem suum, et matrem, et adheret uxori suae; et erunt duo in  
carne una.

Hoc autem uinculo duos tantummodo copulari, et coniungi Christus  
Dominus apertius docuit, cum postrema illa uerba tanquam à Deo pro-  
lata referens dixit, Itaque iam non sunt duo, sed una caro: statimque  
eiusdem nexum firmitatem ab Adama tanto antè pronunciatam, his uer-  
bis confirmauit: quod ergo Deus coniunxit, homo non separet.

Gratiam uero qua naturalem illum amorem perficeret, et indissolubilem  
unitatem confirmaret, coniugesque sanctificaret, ipse Christus uenera-  
bilium Sacramentorum institutor, atque perfectior sua nobis passione pro-  
meruit: quod Paulus Apostolus innuit, dicens; Vixi diligere uxores ue-  
stras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, et seipsum tradidit pro ea, mor-  
subiungens: Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo  
in Ecclesia

Cum igitur Matrimonium in lege euangelica ueteribus connubijs gratia  
praestet: merito inter nouae legis sacramenta annumerandum sancti  
Patres nostri, Concilia, et uniuersalis Ecclesia traditio, semper docuerunt  
aduersus quam, impij homines huius saeculi insanientes, non solum  
peperam de hoc uenerabili sacramento senserunt; sed de more suo, per  
textu euangelij, libertatem carnis introducentes, multa ab Ecclesia

Licet sensu, et ab Apostolorum temporibus probata consuetudines aliena, scripto, et uerbo asseruerunt, non sine magna Christi fidelium iactura. Quorum temeritati sancta et uniuersalis synodus cupiens occurrere, insigniores praedictorum seismaticorum haereses, et errores, ne plures ad se trahat perniciosa eorum contagio, exterminandos duxit, hos in ipsos haereticos, eorumq; errores decernens anathematis.

Canones de Sacramento Matrimonij

- I Si quis dixerit Matrimonium non esse et proprie uere, et proprie unum ex septem legis euangelicae sacramentis à Christo Domino institutum, sed ab hominibus in ecclesia inuentum; neq; gratiam conferre; Anathema sit
- II Si quis dixerit licere Christianis plures simul habere uxores: et hoc nulla lege diuina esse prohibitum; Anathema sit
- III Si quis dixerit, eos tantum consanguinitatis et affinitatis gradus, qui Leuitico exprimentur, posse impedire Matrimonium contrahendum, et dirimere contractum: nec posse ecclesiam in nonnullis illorum dispensare, aut constituere, ut plures impediant, et dirimant; Anath. sit
- III Si quis dixerit ecclesiam non potuisse constituere impedimenta matrimonij dirimentia; uel in ijs constituendis errasse, Anathema sit
- V Si quis dixerit propter haeresim, aut molestiam cohabitationem, aut affectatam absentiam à coniuge, dissolui posse matrimonij uinculum: Anath. sit
- VI Si quis dixerit Matrimonium ratum, non consummatum, per solem nem religionis professionem alterius coniugum non dirimi. Anath. sit
- VII Si quis dixerit ecclesiam errare cum docuit, et docet (iuxta euangelicam et Apostolicam doctrinam) propter adulterium alterius coniugum matrimonij uinculum non posse dissolui: et utruq; uel etiam innocentem qui causam adulterio non dedit, non posse altero coniuge uiuente, aliud matrimonium contrahere; moxariq; eum qui dimissa adultera aliam duxerit; et eam quae dimisso adultero, alij nupsit Anath. sit

viii. Si quis dixerit Ecclesiam errare, cum ob multas causas separationem  
inter coniuges, quæ ad thorum, seu quæ ad cohabitationem ad certum  
incertumve tempus fieri posse decrevit: Anath. sit.

ix. Si quis dixerit Clericos in sacris ordinibus constitutos, uel regulares, ca-  
stitatem solemniter professos posse Matrimonium contrahere, contractumque  
uolidum esse, non obstanti lege Ecclesiastica uel uoto; et oppositum nihil aliud  
esse quam damnare Matrimonium, posseque omnes contrahere Matrimonium  
qui non sentiunt se castitatis (etiam si eam uouerint) habere donum; Ana-  
thema sit. Cum Deus id rectè petentibus non denegat, nec patitur  
supra id quod possumus, tentari.

x. Si quis dixerit Statum conjugalem anteponendum esse statui uirgi-  
nitatis, uel celibatus: et non esse melius ac beatius manere in uir-  
ginitate, aut celibatu, quam iungi Matrimonio: Anathema sit.

xi. Si quis dixerit prohibitionem solemnitatis nuptiarum certis anni-  
temporibus superstitionem esse Tyrannicam ab ethnicorum supersti-  
tione profectam: aut benedictiones, et alias ceremonias, quibus eccle-  
sia in illis utitur, damnauerit: Anathema sit.

xii. Si quis dixerit causas Matrimoniales non spectare ad iudices ec-  
clesiasticos; Anathema sit.

### Canones super Reformatione circa Matrimonium

Tametsi dubitandum non est clandestina Matrimonia, libero contra-  
gentium consensu facta, rata, et uera esse Matrimonia, quamdiu ecclesia  
irrita non fecit; et proinde iure damnandi sunt illi (ut eos sancta Synodus  
Anathemate damnat) qui ea uera, ac rata esse negant: qui  
falso affirmant Matrimonia à filijs familias sine parentum consensu  
contracta irrita esse; et parentes ea rata, uel irrita facere posse: nisi  
minus sancta Dei ecclesia ex iustissimis causis illa semper detestata

stata est, atq; prohibuit. Verum cum sancta synodus animadvertat  
 prohibitiones illas propter hominum inobedientiam iam non prodesse:  
 et gravia peccata perpenderit quae ex ysdem claudesimis coniugis or-  
 tum habent: praesertim vero eorum qui in statu damnationis per-  
 manent, dum priore uxore, cum qua clam contraxerant, relicta, cum  
 alia palam contrahunt, et cum ea in perpetuo adulterio uiuunt. Cui  
 malo cum ab ecclesia (quae de occultis non iudicat) succurri non possit,  
 nisi efficacius remedium aliquod adhibeatur: idcirco sacri Lateranen-  
 Concilij, sub Innocentio iij celebrati, uestigijs insereudo, praecipit ut  
 in posterum, antequam Matrimonium contrahatur, ter a proprio  
 contrahentium parrocho, tribus continuis diebus festiuis, in ecclesia,  
 inter uisitarum solennia publice denunciatur, inter quos Matri-  
 monium sit contrahendum. Quibus denunciationibus factis, si nullum  
 legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem Matrimonij  
 in facie ecclesiae procedatur ubi Parochus uiro et muliere interro-  
 gatis, et eorum mutuo consensu intellecto, uel dicat: Ego uos in  
 Matrimonium coniungo in nomine Patris et filij et Spiritus sancti:  
 uel alijs utatur uerbis, iuxta receptam cuiuscuq; Prouinciae  
 ritum. Quod si aliquando probabilis fuerit suspitio Matrimonium  
 malitiose impediri posse, si tot praecesserint denunciations: tunc  
 uel una tantum denunciatio fiat, uel saltem Parochus, et duobus uel  
 tribus testibus praesentibus, Matrimonium celebretur: deinde ante illius  
 consummationem denunciations in ecclesia fiant: ut si aliqua  
 subsunt impedimenta, facilius detegantur: nisi Ordinarius ipse ex-  
 pedire iudicauerit, ut praedicta denunciations remittantur, quod  
 illius prudentiae et iudicio s. synodus relinquit. Qui aliter quam  
 praesente Parochus, uel alio sacerdote, de ipsius Parochi seu Ordinarij  
 licentia, et duobus uel tribus testibus Matrimonium contrahere attempta-  
 uerint: eos s. synodus ad sic contrahendum omnino insabiles reddit, et  
 huiusmodi contractus irritos, et nullos esse decernit. prout eos praesenti  
 Decreto irritos et nullos esse decernit facit, et annullat. Insuper

Parochum, uel alium sacerdotem, qui cum minore testium numero  
et testes qui sine Parocho, uel sacerdote huiusmodi contractui inter-  
fuerint, necnon ipsos contrahentes grauitate arbitrio ordinarij puniri  
praecipit.

Praeterea eadem s. Synodus hortatur, ut coniuges ante benedictionem  
sacerdotalem in templo suscipiendam in eadem domo non eos habitent;  
Statuitq; benedictionem à proprio Parocho fieri; neq; à quocq; nisi ab  
ipso Parocho, uel ab ordinario licentiam ad praedictam benedictionem  
faciendam alij sacerdoti concedi posse. Quacumq; consuetudine etiam  
immemorabili, qua potius corruptela dicenda est, uel privilegio non  
obstante.

Quod si quis Parocho uel alius sacerdos siue regularis, siue saecu-  
laris sit, etiam si ad sibi ex privilegio, uel immemorabili consuetu-  
dine licere contendat alterius Parochiae sponsos sine illorum Parocho  
licentia matrimonio coniungere, aut benedicere ausus fuerit; ipso  
iure eamdiu suspensus maneat, quamdiu ab ordinario eius Parocho  
qui matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipienda eam  
absoluetur. Habeat Parochus librum in quo coniugum, et testium nomina, diem  
et locum contracti matrimonij describat, quos diligenter apud se custodiat.

Poenitenti s. Synodus coniuges hortatur, ut anteq; contrahant, uel sal-  
tem tribus ante matrimonij consummationem, sua peccata diligenter  
confiteantur, et ad sanctissimum Eucharistiae sacramentum pie acci-  
dant. Si quae Prouinciae alij ultra praedictas laudabilibus consuetudinibus  
et ceremonijs hactenus utuntur, eas omnino retineri s. Synodus  
vehementer optat. Ne uerae hae tam salubria praeccepta quere-  
latarent, Ordinarijs omnibus praecipit, ut quamprimum poterint,  
hoc Decretum populo publicari, ac explicari in singulis  
suarum Diocesium Parochialibus Ecclesijs, idq; in primo anno  
quam saepissime fiat. deinde uero quoties expedire uiderint.

Decernit insuper ut Smol Decretum in unaquaq; Parochia suum  
robore post triginta dies habere incipiat à die prima publicationis in  
eadem Parochia facta numerandos.

Dicitur experientia propter multitudinem prohibitionum multoties in  
 casibus prohibitis ignoranter contracta matrimonia, in quibus uel non  
 sine magno peccato perseveratur, uel ea non sine magno scandalo dirimi-  
 tur: uolens itaq; s. synodus huic incommodo providere, à cognationis  
 spiritualis impedimento incipiens statuit, ut unus tantum siue uir siue  
 mulier, iuxta sacrorum Canonum instituta, uel ad summum, unus  
 et una baptizatum de Baptismo suscipiant; inter quos, ac baptizatum  
 ipsum, et illius patrem et matrem, necnon inter baptizantem et bap-  
 tizatum, baptizataq; patrem ac matrem tantum spiritualis cognatio  
 contrahatur.

Parochus anteq; ad baptismum conferendum accedat diligenter ad  
 ipsos, ad quos spectabit, sciscitetur, quem uel quos elegerint ut baptizati  
 de sacro fonte suscipiant, et eum uel eos tantum ad illum suscipi-  
 endum admittat, et in libro eorum nomina describat, doceatq; eos  
 quam cognationem contraxerint, ne ignorantia ulla excusari ualeant.  
 Quod si alij ultra designatos baptizatos tetigerint, cognationem spiri-  
 tualem nullo pacto contrahant. Constitutionibus in contrarium facien-  
 tibus non obstantibus. Si Parochi culpa uel negligentia secus factum fuerit,  
 arbitrio Ordinarij puniatur. Ea quoq; cognatio, quae ex confirmatione  
 contrahitur confirmantem, et confirmatum, illiusq; patrem et matrem  
 ac tenentem non expediat: omnibus inter alias personas huius  
 spiritualis cognationis impedimenti omnino sublatis.

Iustitiae publicae honestatis impedimentum ubi sponsalia quaecunq;  
 ratione ualida non erunt, sacra synodus prorsus tollit: ubi autem  
 ualida fuerint, primum gradum non excedant. quoniam in ultir-  
 rioribus gradibus iam non potest huiusmodi prohibitio absque  
 dispensatione obseruari.

Praeterea s. synodus eisdem et alijs grauissimis de causis adducta

impedimentum quod propter affinitatem ex fornicatione contractum inducitur, et matrimonium postea factum dirimit: ad eos tantum qui in primo et secundo gradu coniunguntur, restringit. In ulterioribus uero gradibus: statuit huiusmodi affinitatem matrimonium postea contractum non dirimere

Si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere presumpserit: separetur, et spe dispensationis consequenda careat: idq; in eo multo magis locum habeat, qui non tantum matrimonium contrahere; sed etiam consummare ausus fuerit. Quod si ignoranter fecerit, si quidem solemnitates requisitas in contrahendo matrimonio neglexerit: eidem subijciatur penis. non enim dignus est, qui ecclesie benignitatem <sup>facile</sup> experiat, cuius salubria precepta temere contempnit. Si uero solemnitatibus adhibitis impedimentum aliquod postea subter cogrosceatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit: tunc facilius cum eo, et gratis dispensari poterit. In contrahendis matrimonijs, uel nulla omnino detur dispensatio, uel raro, idq; ex causa, et gratis concedatur. In secundo gradu nunq; dispensetur nisi inter magnos principes, et ob publicam causam

Decernit s. synodus inter raptorem, et raptam, quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium. Quod si rapta a raptore separata, et in loco tuto, et libero constituta illi in uirum habere consenserit, eam raptor in uxorem habeat; et nisi solimms raptor ipse, ac omnes illi consilium, auxilium ac fauorem praebentes, sint ipso iure excommunicati, ac perpetuo infames, omnium dignitatum incapaces. Et si Clerici fuerint, de proprio gradu decedant. Teneatur praeterea raptor mulierem raptam siue eam in uxorem duxerit, siue non duxerit, decenter arbitrio iudicis, dotare.

Multi sunt qui uagantur, et incertas habent sedes, et ut improbi sunt ingenij, priore <sup>ma</sup> uxore relicta, aliam, et plerunq; plures, illa uiuente

diversis in locis ducunt. cui morbo cupiens s. synodus occurrere  
 omnes ad quos spectat. paterne monet ne hoc genus hominum u-  
 gantium ad matrimonium facile recipiant. Magistratus etiam  
 seculareshortatur, ut eos severe coerceant. Parochis autem praec-  
 cipit ne illorum matrimonijs intersint, nisi prius diligentem  
 inquisitionem fecerint, et se ad Ordinarium delata, ab eo licentiam  
 ad faciendum obtinuerint.

Grave peccatum est homines solutos concubinas habere; gravissi-  
 mum vero, et in huius magni sacramenti singulare contemptum  
 admissum, uxoratos quoque in hoc damnationis statu vivere, ac  
 audere eas quandoque domi etiam cum uxoribus alere, et retinere  
 quare ut huius tanto malo s. synodus opportunis remedijs pro-  
 uideat. Statuit huiusmodi concubinarjos tam solutos, quam uxo-  
 ratos cuiuscumque status, dignitatis, et conditionis existant, si postquam  
 ab Ordinario, etiam ex officio ter admoniti ea de re fuerint, concubi-  
 nas non eiecerint, sequitur ab earum consuetudine non se iunxerint, ex-  
 communicatione feriendos esse, a qua non absoluantur, donec re ipsa  
 admonitioni factae paruerint. Quod si in concubinato per annum cen-  
 suris neglectis permanserint, contra eos ab Ordinario severe pro qua-  
 litate criminis procedatur. Mulieres siue coniugatae, siue solutae  
 quae cum adulteris seu concubinarijs publice uiuunt si ter admonitae  
 non paruerint, ab Ordinarijs locorum, nullo etiam requirenti, ex officio  
 grauiter pro modo culpe puniantur, et extra oppidum uel diocesim  
 si id eisdem Ordinarijs uidebitur, inuocato, si opus fuerit, brachio  
 saeculari, eiciantur. Alijs penis contra adulteros, et concubinarjos  
 inflatas in suo robore permanentibus.

Ita plerumque temporalium dominorum, ac Magistratum mentis oculos  
 terreni affectus, atque cupiditates excaecant, ut uiros et mulieres suas sub  
 eis uicisitudine degentes, maxime diuites, uel spem magna heredi-

tatis habentes, minas et penas adigant cum ipsi matrimonium in-  
uitos contrahere, quos ipsi domini, uel magistratus illis praescrip-  
serint. Quare cum maxime nefarium sit matrimonij libertatem ui-  
olare, et ab eis iniurias nasci, a quibus uirga expectantur, praecipit  
Synodus omnibus cuiuscumq; gradus, dignitatis et conditionis  
existant, sub anathematis poena, quam ipso facto incurrant, ne  
quouis modo directi uel indirecti subditos suos, uel quoscumq; alios  
cogant, quo minus libere matrimonium contrahant.

Ab Aduentu Domini nostri Jesu Christi usq; in diem Epiphaniae  
et a feria quarta cinerum usq; in octauam Paschatis inclusive  
antiquas solemniū nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus  
obseruari Synodus praecipit: in alijs uero temporibus nuptias  
solemniter celebrari permittit, quas Episcopi, ut ea qua decet  
modestia, et honestate fiant, curabunt. Sanctam enim res est  
Matrimonium, et sancte tractandum.

Eadem sacrosancta Synodus Reformationis materiam prosequens  
haec in presenti sessione statuenda decreuit

Canon primus

Si in quibuslibet Ecclesia gradibus prouidenter, scienterq; curandum est  
ut in domo Domini nihil sit inordinatum, nihilq; praeposterum: multo  
magis elaborandum est, ut in electione eius qui super omnes gradus con-  
stituitur, non erretur. Nam totus familiae Domini status et ordo natus  
si quod requiritur in corpore non inueniatur in capite. Unde et alia  
Synodus de promovendis ad Cathedralis et superiores Ecclesias nonnullis  
utiliter decreuit; hoc tamen munus smoi esse censet, ut si pro rei mag-  
nitudine expendatur, nunquam satis cautum de eo uideri possit. Itaq; sta-  
tuit ut cum primum Ecclesia uacauerit, supplicationes ac preces publice  
priuatimq; habeantur, atq; Capitulo per ciuitates et Diocesis indicentur,  
quibus Clerus, populusq; bonum a Deo Pastorem ualeat impetrare.

Omnes uero, et singulos qui ad promotionem, quodcumq; uis, et quacumq; ratione; habent, aut alioqui operam suam praestant, nihil in his pro presenti temporum ratione innovando, hortatur, et monet ut imprimis meminerint nihil se ad Dei gloriam et populorum salutem utilius posse facere, quam si bonos Pastores, et Ecclesiae gubernanda idoneos promoueri studeant, eosq; alienis peccatis communicantes mortaliter peccare nisi quos digniores, et ecclesiae magis utiles ipsi iudicauerint, non quidem precibus uel humano affectu, aut ambulantium suggestionibus sed de horum exigentibus meritis praefici diligenter curauerint; et quos ex legitimo matrimonio natos, et uita, aetate, doctrina, atq; alijs omnibus qualitatibus praeditos sciant; quae iuxta sacros canones, et Tridentinae huius synodi decreta requiruntur. Quoniam uero in sumendo de praedictis qualitatibus omnibus, graui, idoneoq; bonorum ac doctorum uirorum testimonio non uniuersis ratio ubiq; ex nationum, populorum, ac morum uarietate potest adhiberi: mandat. s. synodus, ut in Proouinciali synodo per Metropolitanum habenda praescribatur quibusq; locis et Proouincijs propria examinis, seu inquisitionis aut instructionis faciende forma sanctissimi Rom. Pont. arbitrio approbanda, quae magis eisdem locis utilis atq; opportuna esse uidebitur: ita tamen, ut cum deinde hoc examen, seu inquisitio de persona promouenda perfecta fuerit, ea in instrumentum publicum redacta cum toto testimonio ac professione fidei ab eo facta quamprimum ad sanctissimum Ro. Pont. omnino transmittatur, ut ipse summus Pont. plena totius negotij ac personarum noticia habita, pro gregis Domini commo de illis, si idonei per examen et inquisitionem factam reperi fuerint Ecclesijs possit utilius providere. Omnes uero inquisitiones, informationes, testimonia, ac probationes quaecumq; de promouendi qualitatibus, et ecclesiae statu a quibuscumq; etiam in Rom. cur. habita per Cardinalem qui relationem facturum erit in Consistorio, et alios tres Cardinales diligenter examinetur, ac relatio ipsi Cardinali relatoris et trium Cardinalium subscriptione roboretur. In qua ipsi singuli quatuor Cardinales afferent

se adhibita accurata diligentia inuenisse promouendos qualitatibus  
a iure, et ab Sac. synodo requisiti praedictos, ac certi existimare sub  
periculo salutis aeternae, idoneos esse, qui Ecclesijs praeficiantur; ita ut re-  
lacione in uno Consistorio facta, quo maturius interea de ipsa inquisi-  
tione cognosci possit, in aliud Consistorium iudicium differatur: nihil  
aliud beatus Pontifex uidebitur expedire. Ea uero omnia et singula  
quae de Episcoporum praeficiendorum uita, aetate, doctrina, et ceteris  
qualitatibus, alias in eadem Synodo constituta sunt, decernit eadem etiam  
in creatione S. R. E. Cardinalium (etiam si Diaconi sint) exigenda, quos-  
sum Rom. Pontifex ex omnibus Christianitatis nationibus (quantum com-  
mode fieri poterit) pro ut idoneos reperiet, assumet. Postremo eadem  
synodus hoc grauissimis Ecclesiae incommodis commota, non potest non  
commemorare, nihil magis Ecclesiae Dei esse necessarium, quam ut  
Beatus Rom. Pontifex quam sollicitudinem uniuersae Ecclesiae, ex mu-  
neris sui officio debet, eam sic potissimum impendat, ut lectissimos  
tantum sibi Cardinales asciscat, et bonos maxime, atq; idoneos Pastores  
singulis Ecclesijs praeficiat: idq; eo magis quod ouium Christi sangui-  
nem, quae ex malo negligentiam, et sui officij in memorum Pastorum  
regimine peribunt D. N. Iesus Christus de manibus eius sit requisi-  
turus

#### Canon secundus

Provincialia Concilia, sicubi amissa sunt, pro moderandis moribus, corri-  
gendis excessibus, controuersis componendis, alijsq; ex sacris canonibus  
permisissis, renouentur. Quare Metropolitanus per se ipsos, seu illis legitime  
impeditis, Coepiscopus antiquior intra annum ad minus a fine praesen-  
tis Concilij, et deinde, quolibet saltem triennio post octauam Paschae resur-  
rectionis D. N. Iesu Christi, seu alio commodiore tempore, pro more Pro-  
uincia non praetermittant Synodum in Prouincia sua cogere, quo Epi-  
omnes, et alij qui de iure, uel consuetudine interesse debent (exceptis sub-  
iudicibus cum imminente periculo transiretandum esset) conuenire om-  
nino teneantur. nec Episcopi Comprovinciales praetextu cuiuslibet

consuetudinis ad Metropolitanam Ecclesiam in posterum accedere  
 in uis compellantur. Idem Episcopi qui nulli Archiepiscopo subij-  
 ciuntur, aliquem uicinum Metropolitanum semel eligant, in cuius  
 Synodo Prouinciali eum alijs interesse debeat, et quae ibi ordinata fue-  
 rint, obseruent, ac obseruari faciant. In reliquis omnibus eorum  
 exemplo, et priuilegia salua atq; integra permaneant. Synodi  
 quoq; Diocesana quotannis celebrentur, ad quas exempti, etiam om-  
 nes, qui alias cessante exemptione interesse deberent, nec Capitulis  
 generalibus subduntur, accedere teneantur, ratione tamen Para-  
 chialium, aut aliarum secularium Ecclesiarum, etiam annexarum  
 debeant, si, qui illarum curam gerant, quicumq; illi sint, Synodo  
 interesse. Quod si in his tam Metropolitanam, quam Episcopi, et alij  
 suprascripsi negligentes fuerint: penas sacris canonibus sancitas  
 incurrant.

Canon. III.

Patriarcha, Primates, Metropolitani, Episcopi, propriam Diocesim  
 per se ipsos, aut, si legitime impediti fuerint, per suum generalem  
 Vicarium, aut uisitationem, si quotannis totam propter eius latitu-  
 dinem uisitare non poterunt, saltem maiorem eius partem (ita tamen  
 ut tota biennio per se, uel uisitatores suos complectur) uisitare non  
 praetermittant: ab eisdem uero Metropolitanis etiam post hunc uis-  
 itationem propriam Diocesim, non uisitentur Cathedralis Ecclesiae, neq;  
 dioeceses suas, comprouincialium, nisi causa cognita, et probata in  
 Concilio Prouinciali. Archidiaconi autem, Decani et alij inferiores  
 in istis Ecclesijs ubi hactenus uisitationem exercere legitime consue-  
 uerunt, debeant quidem assumpto Notario de consensu Episcopi de-  
 cepti per se ipsos tantum ibidem uisitare, uisitatores etiam a Capi-  
 tulo deputandi, ubi Capitulum ius uisitandi habet, prius ab Episcopo  
 approbentur. Sed non ideo Episcopus, uel eo impedito, eius uisitatores  
 easdem Ecclesias seorsim ab ijs uisitare prohibeatur. Qui ipsi Archi-  
 diaconi uel alij inferiores uisitationis facta infra mensem rationem  
 reddere, ac depositiones testium, ac integra acta ei exhibere teneantur.

Non obstante quacumque consuetudine etiam in memorabili, atque ex-  
emphonicis, et privilegiis quibuscumque. Visitationum autem omnium  
illarum precipuus sit scopus, sanam, orthodoxamque doctrinam ex-  
falsis haeresibus inducere, bonos mores tueri, praevios corrigere, populum  
hortationibus, et admonitionibus ad religionem, pacem, innocentiamque  
accendere. Caetera prout locus, tempus, et occasio feret, ex visitantium  
prudencia, ad fidelium fructum constituere. Quae ut facilius, feliciterque  
procedant, moneantur praedicti omnes, et singuli, ad quos visitatio spectat  
ut paterna caritate, Christianoque zelo omnes amplectantur, ideoque  
modeste contenti equitatem, famulatumque, studeant quam celerrime  
(debita tamen cum reuerentia) visitationem ipsam absoluerent. Inter-  
imque caveant, ne in utilibus sumptibus cuiusque graves onerosius  
sint, neque ipsi, aut quisque suorum quidquam procuratorum cau-  
sa, pro visitatione etiam testamentorum ad pios usus, praeter id  
quod ex relictis pijs iure debetur, aut alio quouis nomine, nec pecu-  
niam, nec munus quodcumque sit, etiam qualitercumque offeratur,  
accipiant. Non obstante quacumque consuetudine etiam in memo-  
rabili, exceptis tamen victualibus, quae sibi, ac suis frugaliter, mo-  
derateque, pro temporis tantum necessitate, et non ultra, erunt mi-  
nistranda. Sit tamen in opatione eorum, qui visitantur, si malint  
saluere id quod erat ab ipsis antea solui certa pecunia taxata, con-  
suetum; an uero praedicta victualia ministrare. saluo item  
iure conventionum antiquarum cum monasterijs, alijsue pijs locis  
aut Ecclesijs, non Parochialibus inuito, quod illaesum permaneat.  
In ijs uero locis, seu Prouincijs ubi consuetum est, ut nec victualia  
nec pecunia, nec quidquam aliud a uisitantibus accipiatur, sed omnia  
gratis fiant, ibi id obseruetur. Quod si quisquam (quod absit) ali-  
quid amplius in supra dictis omnibus casibus accipere praesumpserit  
his praeter dupli restitutionem infra mensem, faciendam, alijs etiam  
penis, iuxta constitutionem Concilij generalis Lugdunen' quae incipit,  
exigit. nec non et alijs penis in Synodo Prouinciali, arbitrio Syno-  
di, absque ulla spe uenia, mulsetur. Patroni uero in his quae ad  
Sacramentorum administrationem spectant, nullatenus se praesumant

ingerere, sed neq; visitationi ornamentorum Ecclesie, aut bonor,  
stabilium, seu fabricarum prouentibus, immisceant, nisi quatenus  
id eis ex institutione, ac fundatione competat. sed Episcopi ipsi  
Hec faciant, in usus Ecclesie necessarios, pios et utiles, prout  
sibi expedire magis visum fuerit, expendi curent

et fabricarum re re  
suis seu puetus

Canon. IIII

Predicationis munus, quod Episcoporum precipuum est, cupiens s.  
Synodus, quo frequentius possit ad fidelium salutem exerceri: canones  
alias super hoc editos sub se: re: Paulo III aptus presentium temporum  
usui accommodando, mandat ut in Ecclesia sua ipsi per se, aut si legi,  
tunc impediti fuerint, per eos quos ad predicationis munus assument.  
In alijs autem Ecclesijs per Parochos, siue ipsi impediti, per alios ab  
Episcopo, impensis eorum, qui eas prestare uel tenetur, uel solent, depu-  
tandos, in ciuitate, aut in quacung; parte diocesis censebunt expedire  
saltem omnibus Dominicis et solemnibus diebus festis: tempore autem  
ieiuniorum Quadragesimae et Auentus Domini, quotidie, uel saltem  
tribus in hebdomada diebus (si ita oportere duxerint) sacras scrip-  
turas, Diuinamq; legem annuncient, et alias quotiescunq; id oppor-  
tune fieri posse iudicauerit. Moneatq; Episcopus populum diligenter  
teneri unumquemq; Parochiae suae interesse, ubi commode id fieri potest,  
ad audiendum uerbum Dei. Nullus autem secularis siue regularis  
etiam in Ecclesijs suorum ordinum, contradicente Episcopo, prede-  
care praesumat. Idem etiam (saltem Dominicis, et alijs festiuis  
diebus) pueros in singulis Parochijs fidei rudimenta, et obedientiam  
erga Deum et parentes, diligenter ab his, ad quos spectabit, doceri  
curabunt; et si opus sit, etiam per censuras Ecclesiasticas compellent.  
Non obstantibus priuilegijs et consuetudinibus. In reliquis ea  
qua de predicationis munere sub eodem Paulo III. decreta fue-  
runt, suum robur obtineant.

Canon V.

Canon V

Causae Criminales grauiiores contra Episcopos, etiam Haeresis (quod absit) quae depositione, aut priuatione dignae sunt, ab ipso tantum sum Rom. Pontifice cognoscantur, et terminentur. Quod si eiusmodi sit causa, quae necessario extra curiam Romanam sit committenda, nemini proorsus ea committatur, nisi Metropolitano aut Episcopo a sanctissimo Papa eligendis. Haec uero commissio et specialis sit et manu ipsius summi Pont. signata, nec unquam plus sus tribuat, quam ut solam facti instructionem sumant, processumque conficiant, quem statim ad Rom. Pontificem transmittant; reser uata eidem sanctissimo sententia definitiua. Caetera alias sub se: re: Julio xl. super his decreta: necnon et constitutio sub Innocentio xl. in Concilio generali quae incipit, Qualiter, et, quando, quam sancta Synodus in praesenti innovat, ab omnibus obseruentur. Minores uero criminales causae non a Metropolitano, sed in Concilio Prouinciali, uel a deputandis per Concilium Prouinciale cognoscantur et terminentur.

Canon sextus

Liceat Episcopis in irregularitatibus omnibus et suspensionibus ex delicto occulto proueniens, excepta ea quae oritur ex homicidio uoluntario, et exceptis alijs deductis ad forum contentiosum dispensare, et in quibuscumque casibus occultis, etiam sedi Apostolica reuer uatis delinquentes quoscumque sibi subditos in Diocesi sua per se ipsos aut Vicarium, ad id specialiter deputandum in foro conscientiae gratis absolueret, imposita poenitentia salutari. Idem et in Haeresis crimine in eodem foro conscientiae eis tantum, non eorum Vicarij sit permissum.

Canon .vii.

Ut fidelis populus ad suscipienda sacramenta maiori cum reuerentia atque animi deuotione accedat. praecipit s. synodus Episcopos omnibus ut non solum cum haec per se ipsos erunt populo administranda

pruis illocum uim, et usum, pro suscipientium captu explicent:  
 sed etiam idem a singulis Parochis pie, prudenterq; etiam lingua  
 uernacula, si opus sit et commode fieri poterit) seruari studeant  
 iuxta formam a s. synodo in catechesi singulis sacramentis  
 prescribendam, quam episcopi in uulgarem linguam fideliter  
 uerbi, atq; a Parochis omnibus populo exponi curabunt.  
 Necnon ut inter Missarum solemnia, aut Diuinorum celebra-  
 tionem, sacra eloquia, et salutaria monita eadem uernacula  
 lingua singulis diebus festis uel solemnibus explanent, ea-  
 demq; in ouium cordibus, postpositis inutilibus questionibus  
 inserere, atq; eos in lege Domini exuere studeant

### Canon .viii.

Apostolus monet publice peccantes, hanc esse corripiendos. quan-  
 do igitur ab aliquo publice et in multorum conspectu crimen  
 commissum fuerit, unde alios scandalo offensos, commotosq;  
 fuisse non sit dubitandum; huic condignam, pro modo culpe  
 poenitentiam publice inungi oportet, ut quos exemplo suo ad  
 malos mores prouocauit, sua emendationis testimonio ad rectam  
 reuocet uitam. Episcopus tamen publicae hae poenitentiae genus,  
 in aliud secretum poterit commutare, quando ita magis iudi-  
 cauerit expedire. In omnibus etiam ecclesijs Cathedralibus  
 ubi id commode fieri poterit, Poenitentiarum aliquis cum unio-  
 ne Praebendae proxime uacatura ab Episcopo instituitur.  
 qui magister sit uel Doctor aut licentiatus in Theologia, uel  
 iure Canonico, et annorum quadraginta, seu alius, qui ap-  
 tior pro loci qualitate reperiat, qui dum confessiones in  
 Ecclesia audiet, interim praesens in Choro censeatur.

### Canon nonus

Quae alias sub fe: re: Paulo iii. et nuper sub Beatiss: nostro Pio.iii.

in hoc eodem Concilio de adhibenda ab Ordinarijs diligentia in  
beneficiorum etiam exemplorum uisitatione constituta sunt: ead-  
dem etiam in ijs Ecclesijs secularibus obseruentur qua in nul-  
lius diocesi esse dicuntur, ut ab episcopo cuius Ecclesia Cate-  
dralis est proximior (si id possit) alioquin ab eo qui semel in  
Concilio Provinciali a Praelato loci illius electus fuerit, tanq-  
uam sedis Apostolicae Delegatus uisitentur. Non obstantibus priuilegijs  
et consuetudinibus etiam inmemorabilibus.

### Canon X.

Episcopi ut aptius quem regunt populum possint in officio atq;  
obedientia continere: in omnibus his qua ad uisitationem, ac  
morum correctionem subditorum suorum spectant, ius et pote-  
statem habeant, etiam tanq; Apostolicae sedis Delegati ea ordinan-  
di, moderandi, humiliandi, et exequendi, iuxta Canonum sanctio-  
nes, qua illis ex prudentia sua pro subditorum emendatione, ac  
diocesis suae utilitati necessaria uidebuntur. Nec in his, ubi de uisi-  
tatione aut morum correctione agitur, exceptio, aut ulla insinatio  
appellatio, seu quaezela etiam ad sedem Apostolicam interposita  
executionem eorum qua ab his mandata, decreta aut iudicata  
fuerint quoquo modo impediat, aut suspendat.

### Canon XI.

Quoniam priuilegia et exemptiones qua uarijs titulis pleriq; conce-  
duntur, hodie perturbationem in Episcoporum iurisdictione exci-  
tant, et exemptis occasionem languoris uita praebere dinoscuntur:  
Decernit s. synodus ut si quando iustis, grauib; et fore necessarijs  
suadentibus causis aliquos honorarijs titulis Protobonotariatus, Accoly-  
tatus, Comitatus palatini, Cappellani regij, aut alijs hmoi in Rom. cur.  
uel extra insignibus decorandos esse placuerit, necnon alios cuiuscunq;  
monasterio oblatos uel quomodocunq; additos, aut sub nomine seruientij  
tuum militij, seu monasterij, hospitalibus, Collegijs, aut quocunq; alio ti-  
tulo assumi, nihil ex his priuilegijs Ordinarijs detractum esse intelligatur.

quo minus ij, quibus ea iam concessa sunt, uel in posterum concedi contigerit, ipsis Ordinarijs tanquam sedis Apostolicae Delegatis plene in omnibus, et quo ad Cappellanos regios iuxta constitutionem Innocentij III. qua incipit. Cum Cappellani; subiecti existant: immo seruientes etiam si isti professionem fecerint iuxta regulam. exceptis tamen ijs, qui praedictis locis, aut militijs actu seruiunt, et intra eorum septa ac domos resident, subq; eorum obedientia uiuunt, siue ijs qui legitime et secundum regulam earundem militiarum professionem fecerint, de qua Ordinatio constare debeat. Non obstantibus exemptionibus aut priuilegijs quibuscumq; etiam sancti Iohannis Hierosolimitani, et aliarum militiarum. Quae uero priuilegia residentibus in curia Rom. uigore Eugeniama constitutionis, aut familiaritatis Cardinalium competere solent, ea in his qui beneficia Ecclesiastica obtinent ratione praedictorum beneficiorum minime intelligantur, sed Ordinarij iurisdictioni subiecti permaneamt. Non obstantibus quibuscumq; insubitionibus.

Canon XII.

Cum dignitates in Ecclesijs praesertim Cathedralibus ad conseruandam augendamq; Ecclesiasticam disciplinam fuerint institutae, ut qui eas obtinerent, pietate praecellerent, alijsq; exemplo essent, atq; Episcopos opere et officio uiuarent, meriti qui ad eas uocantur tales esse debent, qui suo muneri respondere possint. Nemo igitur deinceps ad dignitates quascumq; respondere possint, quibus animarum cura subest, promoueat, nisi qui saltem uicesimum quintum suae aetatis annum attigerit. et in Clericali ordine uersatus, doctrina ad suum munus exequendum necessaria, ac morum integritate commendetur iuxta constitutionem Alexandri tertij in Cone. Lateranensi promulgatam, qua incipit. Cum in cunctis. Arcidiaconi etiam qui oculi dicuntur episcopi, sint in omnibus Ecclesijs ubi fieri po.

terit, Magistri in Theologia, seu Doctores, aut Licentiatum in iure Canonico  
Ad ceteras autem Dignitates, uel Personatus, quibus animarum cura  
nulla subest, Clerici alioqui idonei, et uiginti duobus annis non mi-  
nores asciscantur. Prouisi etiam de beneficijs quibuscumq; curam  
animarum habentibus, teneantur a die adacta possessionis ad ma-  
nus intra duos menses in manibus ipsius Episcopi, uel (eo impedito)  
coram generali eius Vicario, seu officiali, orthodoxae suae fidei  
publicam facere professionem, et in Romana Ecclesia obedientiam  
permansuros spondeant, ac iurent. Prouisi autem de Canonica-  
tibus, et dignitatibus in Ecclesijs Cathedralibus, non solum coram  
Episcopo, seu eius officiali, sed etiam in Capitulo idem facere tenean-  
tur: alioqui praedicti omnes prout (ut supra) fructus suos non  
faciant, nec illis possessio suffragetur. Neminem etiam deinceps ad  
dignitatem, Canonatum, aut Portionem recipiant, nisi qui eo or-  
dine sacro, aut sit imitatus, quem illa dignitas, Praebenda, aut  
Portio requirit, aut in tali aetate, ut infra tempus a iure, et ab  
haec Synodo statutum imitari ualeat. In omnibus uero Eccle-  
sijs Cathedralibus, omnes Canonatus, ac Portiones habeant annexum  
ordinem Presbyterij, Diaconatus, uel subdiaconatus. Episcopus  
autem cum consilio Capituli designet, ac distribuatur, prout uiderit  
expedire, quibus quisque ordo ex sacris annexus in posterum  
esse debeat: ita tamen ut dimidia saltem pars Presbyteri sint,  
ceteri uero Diaconi, aut subdiaconi. Laudabiliter habet, ut plures  
omnes sint Presbyteri omnino obseruetur. Hortatur etiam  
Synodus, ut in Prouincijs, ubi id commode fieri potest, digni-  
tates, omnes, et saltem dimidia pars Canonatum in Cathedralibus  
Ecclesijs conferatur tantum Magistris uel Doctoribus aut etiam Li-  
centiatis in Theologia, uel Iure Canonico. Praeterea obtinentibus  
in iisdem Cathedralibus, aut Collegiatis dignitates, Canonatus, Prae-  
bendas, aut Portiones: non liceat uigore cuiuslibet statuti aut con-  
tudinis ultra tres menses ab iisdem Ecclesijs quolibet anno abesse, sal-  
uis nihilominus earum Ecclesiarum, constitutionibus, quae longius seorsum  
tempus, requirunt. Alioqui primo anno priuetur unusquisq; dimidia

parte fructuum, quos ratione etiam prebenda, ac residentia fecit suos. Quod si iterum eadem fuerit unius negligentia prouentur omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit. Crescente uero contumacia contra eos iuxta sacrorum Canonum constitutiones procedatur. Distributiones uero qui statis horis interfuerint, recipiant: reliqui quauis collusione, aut remissione exclusa, his careant, iuxta Bonifacii Octauum Decretum, quod incipit. Consuetudinem; quod Synodus in usum reuocat. Non obstantibus quibuscumque statutis, et consuetudinibus. Omnes uero per se, et non per substitutos Diuina compellant obire officia, et Episcopo celebranti, aut alia Pontificalia exercenti assistere, et in choro ad psallendum instituto, hymnis et Cantibus Dei nomen reuerenter distincte, deuotiq; laudare. Vestitu insuper decenti tam in ecclesia quam extra, assiduo utantur, ab illicitisq; uenationibus, aucupijs, chorais, tabernis, lusibusq; abstineant. atq; ea moxum integritate polleant, ut merito Ecclesie senatus dici possit. Cetera qua ad debitum in Diuinis officijs regimen spectant, deq; congrua, in his canendi, et permanendi, sumulq; de omnibus Ecclesie ministris que necessaria erunt, et in qua euasimodi Synodus Prouincialis pro cuiusq; Prouincia utilitati, et moribus certam cuiq; formulam prescribet. Interea uero Episcopus non minus, quam cum duobus Canonicis, quorum unus ab episcopo, alter a Capitulo eligatur in his qua expedire uidebuntur, poterit prouidere.

Canon xlii.

Quoniam pleraq; Cathedralis Ecclesie tam tenuis redditus sunt, et angustia, ut Episcopali dignitati nullo modo respondeant, neq; Ecclesiarum necessitati sufficiant: examinet Concilium Prouinciale, uocatis his, quorum interest, et diligenter expendat quas propter angustias, tenuitatemq; uicinis unice, uel nouis prouentibus augere expediat, confectaq; de premissis instrumenta ad sum. Rom. Pont. mittat, quibus instructus summus Pont. ex prudentia sua, prout

seu modum ratione de certa lege in choro conueniendi, et per

expedire iudicauerit, aut tenues inuicem uniat, aut aliqua accensum  
ex fructibus augeat. Interim uero donec praedicta effectum sortiantur  
huiusmodi Episcopis, qui fructuum subuentione pro Diocesis suae  
tenuitate indigent, poterit de beneficijs aliquibus (dum tamen curata  
non sint, nec dignitates, seu Canonatus, et Praebenda, nec monaste-  
ria, in quibus uiget regularis obseruantia, uel quae Capitulis gñalis  
sunt, et certis uisitationibus subduntur a Sum. Rom. Pontifice prou-  
deri. In Parochialibus etiam Ecclesijs, quarum fructus aequè adeo  
exigui sunt, ut debitis nequeant oneribus satisfacere: curabit episcopus,  
si per beneficiorum unionem, non tamen regularium id fieri  
non possit, ut primitiarum uel decimarum assignatione, aut per Pa-  
rochianorum symbola, ac collectas, aut qua commodiore ei uidebitur  
ratione tantum redigatur, quod pro Rectoris ac Parochiae necessitate de-  
center sufficiat. In unionibus uero quibuslibet, seu ex supradictis, seu ex  
alijs causis faciendis Ecclesiae Parochiales monasterijs quibuscunq, aut  
Abbatijs, seu dignitatibus, uel praebendis Ecclesiae Cathedralis seu Collegatae,  
sive alijs beneficijs simplicibus, aut hospitalibus, militijsue non uniant, et qua  
unita sunt reuidentur ab Ordinarijs iuxta alias decretum in eadem sy-  
nodo sub se. 20. Paulo ij. Quod etiam in unitis ab eo tempore citra aequè  
obseruetur. Non obstantibus in ijs quibuscunq, uerborum formis, quae huc  
pro sufficienter expressis habeantur. Ad haec in posterum omnes Cathedra-  
les Ecclesiae, quarum redditus summam mille ducatorum, et Parochiales qui  
summam centum ducatorum secundum uerum annum ualorem non ex-  
cedunt, nullis pensionibus, aut reservationibus fructuum grauentur. In his  
quoq, ciuitatibus ac locis, ubi Parochiales Ecclesiae certos non habent  
fines, nec earum Rectores proprium populum, quem regant, sed promiscue  
petentibus sacramenta administrantur: mandat synodus Episcopis pro-  
tutiori animarum eis commissarum salute, ut distincto populo, in certis  
proprijsq, Parochijs, unicuiq, suum perpetuum, peculiaremq, Parochianum  
assignent, qui eas cognoscere ualeat, et a quo solo licite sacramenta  
suscipiant, aut alio utiliori modo, prout loci qualitas exegerit, prouiderent.  
Idemq, in his ciuitatibus, et locis, ubi nullae sunt Parochiales, quam primum  
fieri curent. Non obstantibus quibuscunq, priuilegijs, exemptionibus, constituti-  
onibus et consuetudinibus etiam immemorabilibus

In pluribus Ecclesijs tam Cathedralibus, quam Collegiatis ac Parochiis, libus ex earum constitutionibus, aut ex prava consuetudine observari intelligitur ut in electione, presentatione, nominatione, institutione, confirmatione, collatione, vel alia provisione seu admissione ad possessionem alicuius Cathedralis ecclesie, vel beneficii, Canoniciatum, aut Præbendarum, aut partem proventuum, seu ad distributiones quotidianas, certa conditiones, seu dedutiones ex fructibus, solutiones, provisiones, compensationesque illicitæ, aut etiam quæ in aliquibus Ecclesijs dicuntur turnorum sacra, interponantur. Hæc cum Synodus decreverit mandavit Episcopis, ut quæcumque similia ingressus suos non convenerint, atque ingressus eos, qui symoniaca labis, aut sordide avaritiæ suspicionem habent, fieri non permittant, ipsique diligenter de eorum constitutionibus, sive consuetudinibus super prædictis cognoscant; et illas tantum, quas ut laudabiles probaverint exceptis, reliquas ut pravas ac scandalosas rejiciant et aboleant. eos vero qui adversus hæc præsentia decreta comprehensa, quavis ratione commiserint; penis contra Symoniacos editis sacris canonibus, et varijs summorum Pontificum constitutionibus (quas omnes innovat) teneri decernit. Non obstantibus quibuscumque Statutis constitutionibus, et consuetudinibus immemorabilibus etiam Apostolica auctoritate confirmatis, de quarum subreptione, obreptione et intentionis defectu Episcopus tanquam Apostolica sedis Delegatus, cognoscere possit.

## Canon XV.

In Ecclesijs Cathedralibus et Collegiatis insignibus, ubi frequentes, adeoque tenues sunt, præbende simul cum distributionibus quotidianis, ut sustinendo decenti Canonico gradu, pro loci et personarum qualitate non sufficiant, liceat Episcopis cum consensu Capituli, vel aliquot simplicia beneficia, non tamen regularia, eis unire; vel si hæc ratione provideri non possit, aliquibus ex ijs suppressis cum Patronorum consensu si de iure Patronatus laicorum sint, quarum fructus et proventus reliquarum præbendarum distributionibus quotidianis applicentur.

cas ad pauciores numerum reducere; ita tamen ut tot supersint quae  
Divino cultui celebrando ac dignitati ecclesiae commode valeant respon-  
dere. Non obstantibus quibuscumque constitutionibus et privilegijs, aut  
quacumque reservatione generali vel speciali; aut affectione, neque praefata  
unionem aut suppressionem tolli seu impediri possint ex quibuscumque  
provisionibus etiam vigore resignationis, aut quibusvis alijs derogato-  
ribus vel suspensionibus.

### Canon XVI

Capitulum sede vacante ubi fructuum percipiendorum et munus incumben-  
tium unum, vel plures fideles ac diligentes decernat, qui rerum eccle-  
siasticarum, ac frequentium curam gerat, quorum rationem ei ad  
quem pertinet, sunt reddaturi. Item officialem seu Vicarium infra octi-  
dies post mortem Episcopi constituere, vel existentem confirmare omnia  
teneatur, qui saltem in iure Canonico sit Doctor, vel licentatus, vel alius  
(quantum fieri poterit) idoneus. Si secus factum fuerit, ad Metropoli-  
tanum deputatio huiusmodi devolvatur. Et si Ecclesia ipsa Metropolitana  
fuerit, aut exempta, Capitulumque (ut praefertur) negligens fuerit: tunc  
antiquior Episcopus ex suffraganeis in Metropolitana, et propinquior Episcopus  
in exempta Deconum et Vicarium idoneos possit constituere. Episcopus  
vero ad eandem Ecclesiam vacantem promotus, et his quae ad eum  
spectant, ab eisdem Decono, Vicario, et alijs quibuscumque officialibus  
et administratibus, qui sede vacante fuerunt a Capitulo, vel alijs in  
eius locum constituti (etiam si fuerint ex eodem Capitulo) rationem ex-  
gal officiorum, iurisdictionis, administrationis, aut cuiuscumque eorum mu-  
neris, possitque eos punire, qui in eorum officio, seu administratione deliquere-  
runt, etiam si praedicti officiales, redditus rationibus a Capitulo, vel a depu-  
tatis ab eodem absolutionem, aut liberationem obtinuerint. Cuiusmodi  
Episcopo teneatur Capitulum de scripturis ad Ecclesiam pertinentibus  
si quae ad Capitulum pervenerunt, rationem reddere

### Canon XVII

Cum Ecclesiasticus ordo pervertatur, quando unus plurimum officia occupat  
 Clericorum sancte sacris Canonibus cautum fuit, neminem oportere in  
 duabus ecclesijs conscribi. Verum quoniam multi improba cupiditatis  
 affectu seipsum non Deum decipientes, ea quae bene constituta sunt uarijs  
 artibus eludere, et plura simul beneficia obtinere non erubescunt: scilicet  
 Synodus debitam regendis ecclesijs disciplinam restituere cupiens praesenti  
 Decreto (quod in quibuscumque personis quocumque titulo, etiam si Car-  
 donatus honore fulgeant, mandat observari) statuit ut in posterum  
 unum tantum beneficium ecclesiasticum singulis conferatur. quod  
 quidem si ad vitam eius, cui conferatur, honeste sustentandam non suffi-  
 ciat: liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo utrumque  
 personalem residentiam non requirat) eidem conferri. Haecque non modo  
 ad Cathedralis ecclesias, sed etiam ad alia omnia beneficia tam saecu-  
 larum, quam regularium quaecumque, etiam commendata pertineant, cuius-  
 cumque tituli ac qualitatis existant. Illi uero qui in praesenti plures  
 Parochiales ecclesias, aut unam Cathedralis et aliam Parochiales obti-  
 nent, cogantur omnia quibuscumque dispensationibus, ac unionibus ad  
 vitam non obstantibus, una tantum Parochiali, uel sola Cathedrali  
 retenta, alias Parochiales infra spatium sex mensium dimittere, alio-  
 qui tam Parochiales, quam beneficia omnia quae obtinent, ipso iure  
 uacare censeantur, et tanquam uacantia <sup>idoneis</sup> alijs conferantur. nec  
 ipse antea illa obtinentes tuta conscientia fructus post dictum tempus  
 retineant. Optat autem Synodus ut resignantium necessitatibus com-  
 moda aliqua ratione, prout summo Pontifici uidebitur, provideatur

(Canon XVIII)

Expediit maxime animarum saluti a dignis, atque idoneis Parochijs quae  
 bernari. id ut diligentius ac rectius perficiatur. Statuit Synodus  
 ut cum Parochiales ecclesiae uacatio (etiam si cura ecclesiae uel Episcopo  
 incumbere dicatur, et per unum, uel plures administretur, etiam in  
 ecclesijs Patrimonialibus, seu receptiuis nunciatis in quibus consuevit  
 Episcopus uni uel pluribus curam animarum dare, quos omnes ad infra-  
 scriptum examen teneri mandat) per obitum, uel resignationem etiam

in curia seu aliter quomodo cunq; contigerit, etiam si ipsa Parochialis  
Ecclesia reservata uel affecta fuerit, generaliter uel specialiter, etiam  
in iure indulg. seu privilegij in fauorem S. R. Cardinalium seu Abbatis  
uel Capitulorum, debeat epus statim habita notitia uacationis ecclesie  
(si opus fuerit) idoneum in ea Vicarium, cum congrua eius arbitrio  
fructuum portionis assignatione constituere, qui onera ipsius ecclesie susti-  
neat donec ei de Rectore provideatur. Porro epus et qui in patronatus  
habent intra decem dies, uel aliud tempus ab episcopo praescribendum  
idoneos aliquos Clericos ad regendam ecclesiam coram deputandis exa-  
minatoribus nominet. Liberum sit tamen etiam alijs qui aliquos ad id  
aptos nouerint, eorum nomina deferre, ut possit postea de cuiuslibet ope-  
moribus et sufficientia fieri diligens inquisitio. Et si epo, aut synodo  
Prouinciali pro regionis more uidebitur magis expedire per edictum,  
etiam publicum, euocentur, qui uolent examinari transacto constituto  
tempore omnes qui descripti fuerint ab episcopo, siue eo impedito ab eius  
Vicario gnali, atq; ab alijs examinadoribus non paucioribus quam tribus  
quorum uotis, si pares, aut iniquitates fuerint accedere possit epus  
uel Vicarius, quibus magis uidebitur. Examinatores autem singulos  
annis in Diocesana synodo ab episcopo, uel eius Vicario ad minus sex  
proponantur qui synodo satisfaciant, et ab ea probentur. aduenientes  
uacatione cuiuslibet ecclesie, tres ex illis eligat epus qui cum eo  
examen perficiant, si deij; succedente alia uacatione, aut eosdem, aut  
alios tres, quos maluerit ex praedictis illis sex eligat. Sint uero si exa-  
minatores magistri, seu Doctores aut Licentiahi in Theologia, aut uero  
Canonico, uel alij Clerici seu regulares, etiam ex ordine mendicantiu,  
aut etiam seculares, qui ad id uidebuntur magis idonei, iurentq;  
si omnes ad sancta Dei euangelia, se quacunq; humana affectione  
proposita, fideliter munus executores. Caueantq; ne quicq; pro  
pro occasione huius examinis, nec ante nec post accipiant, alioquin  
Symonia uilium tam ipsi, quam alij dantes incurrant, a qua absolui neque-  
ant nisi dimissis beneficijs que quomodo cunq; etiam ante obtinebant, et  
ad alia in posterum inhabiles reddantur. Et de his omnibus, non solum

cram Deo, sed etiam in Synodo Provinciali (si opus erit) rationem red-  
 dere teneantur, et qui si quid contra officium eos fecisse comprobatum fuerit  
 graviter eius arbitrio puniri possint. Peracto deinde examine, renuntiatur  
 quotcumq; ab his idonei iudicati fuerint, aetate, moribus, doctrina, pru-  
 dentia et alijs rebus ad Ecclesiam uacantem gubernandam opportunis  
 ex hisq; episcopus eum eligat, quem ceteris magis idoneum iudicauerit  
 atq; illi, et non alteri collatio Ecclesiae ab eo fiat, ad quem spectabit eam  
 confessio. Si uero iurisdictionis Ecclesiasticae erit, ac institutio ad eum  
 et non alium pertineat, is quem patronus digniorem inter probatos ab  
 examinadoribus iudicabit. Episcopo presentatur, ut ab eo instituitur  
 (cum uero institutio ab alio quam ab Episcopo sit, facienda: tunc episcopus  
 solus ex dignis eligat digniorem, quem Patronus ei presentet, ad quem  
 institutio spectat. Quod si iurisdictionis Laicorum fuerit, debeat qui  
 a Patrono presentatus fuerit ab iisdem deputatis (ut supra) exami-  
 nari, et non nisi idoneus repertus fuerit, admitti. In omnibusq; supra-  
 dictis casibus non cuiq; alteri, quam uni ex praedictis examinatis, et  
 ab examinadoribus approbatis, iuxta supradictam regulam de Ecclesia  
 providetur. Nec praedictorum examinadorum relationem, quod minus  
 executionem habeat, ulla deuolutio, aut appellatio, etiam ad sedem Apo-  
 stolicam, siue eiusdem sedis legatos, aut vicelegatos aut nuncios, seu  
 episcopos, aut Metropolitanos, Primate, uel Patriarchas, interposita  
 impediat, aut suspendat. Alioqui vicarius quem ecclesiae uacanti  
 antea epus arbitrio suo ad tempus deputauit, ab eius Ecclesiae cultu,  
 dia et administratione non amoveatur, donec aut eidem, aut alteri  
 qui probatus et electus fuerit (ut supra) sit promissum. Alias pro-  
 uisiones omnes seu institutiones praeter supradictam formam factae  
 suspectae esse censentur. Non obstantibus Saepe Decreto exemptioni-  
 bus, indulgentiis, priuilegijs, praerogatiuis, nouis promissionibus, indulgentiis  
 concessis quibuscumq; uniuersitatibus, etiam ad certam summam, et  
 alijs impedimentis quibuscumq;. Si tamen ad eos exigui redditus de  
 Parochialis fuerint, ut totius huius examinationis operam non ferant  
 aut nemo sit qui se examini querat subijcere aut ob apertas

factiones, seu discordia quae in aliquibus locis reperiantur facile  
gravioribus rixae ac tumultus possint excitari: poterit Ordinarius  
si pro sua consuetudine cum deputatorum consilio ita expedire ar-  
bitrabitur hanc formam omittit, prout aliud examen (caeteris  
tamen ut supra servatis) adhibere. Licet etiam Synodo Pro-  
vinciali si qua in supradictis circa examinis formam ad-  
denda, remittenda esse censuerit, providere.

### Canon XIX

Decretis Synodus mandata de providendo, et gratias quae exspecta-  
tione dicuntur nemini amplius, etiam Collegijs, universitatibus,  
Senatibus, et alijs singularibus personis, etiam si sub nomine  
indulti aut ad certam summam, vel alio quovis colore conce-  
ditae hactenus concessis cuicquam uti licere, sed nec reservatione  
mentales nec alia quascumque gratiae ad vacatura, nec indulta  
ad alienas Ecclesias, vel monasteria, aliter, etiam ex S. R. E.  
Cardinalibus concedantur, et hactenus concessa abrogata esse  
censeantur.

### Canon XX

Causa omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes etiam si bene-  
ficiales sint in prima instantia coram Ordinarijs locorum duntaxat cog-  
noscantur, atque omnino saltem infra biennium a die motae litis terminen-  
tur, alioquin post idem spacium liberum sit haecibus vel alteri illarum  
iudices superiores, alias tamen competentes adire, qui causam in eo statu  
quo fuerit assument, et quam primum terminare curent, nec antea  
alijs committantur, neque auocentur, neque appellationes ab eisdem inter-  
positae per superiores quoscumque recipiantur, eorumque commissio, aut  
inhibito fiat, nisi a definitiva, vel a definitiva vim habente, et cuius  
gravamen per appellationem a definitiva reparari nequeat. Ab his ex-  
cipiantur causa, quae iuxta canonicas sanctiones apud sedem Apostolicam  
sunt tractandae, vel quas ex urgenti causa iudicaverit Sum. Rom.

Pontifex per speciale rescriptum signature sanctitatis sua manu propria <sup>62</sup>  
subscribendum committere, aut auocare. Ad haec causa Matrimoniales  
et criminales, non Decani, Archidiaconi, aut aliorum inferiorum iu-  
dicio, etiam uisitando, sed Episcopi tantum examini et iurisdictioni  
relinquantur: etiam si in presenti inter Episcopum et Decanum, seu  
Archidiaconum, seu alios inferiores, super causarum istarum cognitione  
sive aliqua in quacumq; instantia pendeat, coram quo si pars uere  
paupertatem probauerit, non cogatur extra Prouinciam nec in secunda  
nec tertia instantia in eadem causa Matrimoniali litigare, nisi pars  
altera et alimenta et expensas litis uelit subministrare. Legati quoq;  
etiam de latere, nuncij, gubernatores ecclesiastici, aut alij quorumcumq;  
facultatem uigore non solum Episcopos in praedictis causis impedire, aut  
aliquo modo eorum iurisdictionem eis praecipere, aut turbare non praesumant  
sed nec etiam contra clericos, aliasue personas ecclesiasticas (nisi Episcopo  
prius requisito, eorum negligentia) procedant. Alias eorum processus, ordi-  
nationesue nullius momenti sunt, atq; ad damni satisfactionem partibus  
illati teneantur. Praeterea si quis in casibus a iure permissis appella-  
uerit, aut de aliquo grauamine conquestus fuerit, seu alias ob casum  
huiusmodi (de quo supra) ad alium iudicem recurrerit: teneatur appel-  
lationis acta omnia coram Episcopo gesta ad iudicem appellationis  
expensis suis transferre: eodem tamen Episcopo, prius admonito, ut si  
quid ei pro causa inscriptione uidebitur possit iudici appellationis sig-  
nificare. Quod si appellatus compareat, cogatur tunc is quoq; actorum  
que translata sunt expensas, pro portione sua (si eis uti uoluerit) subire  
nisi aliter ex loci consuetudine seruetur. Porro ipsam actorum copiam  
teneatur Notarius, congrua mercede accepta, appellanti quanto citius,  
ad manus infra mensem exhibere. Qui Notarius si in differenda exhibi-  
tione fraudem fecerit: ab officij administratione, arbitrio Episcopi suspen-  
datur, et ad dupli poenam, quanti ea lis fuerit, inter appellantem et  
pauperes loci distribuendam compellatur. Iudex uero si et ipse impe-  
dimenti cuius conscius particepsue fuerit, aliterue obstiterit ne  
appellanti integre acta intra tempus tradantur ad eandem dupli  
poenam (sicut supra) teneatur. Non obstantibus, quod ad omnia supradicta  
privilegijs et indultis, concordijs, quae suos tantum auctores teneant, et alijs  
quibuscumq; consuetudinibus:

Cupiens s. Synodus, ut ex Decretis ab ea editis nulla unquam futuris tempo-  
ribus dubitandi occasio oriatue, Verba illa posita in Decreto publicato  
in Sessione prima sub B.<sup>mo</sup> Pno nro Pio Quarto, uidelicet (Qua proponentibus  
legatis ac presidentibus ad horum temporum leuandas calamitates; se-  
dandas de Religione controuersias; coercendas linguas dolosas; depraua-  
torum morum abusus corrigendos; Ecclesie ueram et Christianam pa-  
cem conciliandam apta et idonea ipsi sancta synodo uidebuntur)  
explicando declarat, mentis sue non fuisse, ut ex predictis uerbis salu-  
ratio tractandi negocia in generalibus Concilijs ulla ex parte immo-  
tentur, neq; noui quidquam, praeter id quod a sacris Canonibus  
uel generalium Synodorum formam habentibus statutum est  
quidquam adderetur uel detraheretur

Indictio futurae sessionis, decreta in eadem  
sessione octaua s. sancti Concilii Tridentini

die XI. Nouemb. 1562

Insuper eadem sacrosancta Synodus proximam futuram Sessionem  
feria quinta post Conceptionem beatae Mariae uirginis, qua erit  
dies nona mensis Decembris proxime uenturae habendam esse statuit  
et decernit, cum potestate etiam abbreviandi. In qua Sessione tratta-  
bitur de sexto nunc in eam dilato capite, et de reliquis reformationis  
capitulis iam exhibitis, deq; alijs ad eam pertinentibus. Si uero oppor-  
tunum uidebitur, et tempus patietur, poterit etiam de nonnullis dogma-  
tibus tractari, prout suo tempore in Congregationibus proponetur.

Placet